corporalium. Ex hijs enim et similibus que in ipsis operantur sunt for-
tes alie operaciones sicut motus et opera artificiorum non sunt nec
ex spiritualibus operacionibus animarum nostrarum ymmo admittuntur a corporalibus
operacionibus videlicet motibus membrorum et instrumentorum ut dixi
et iterum operaciones que sunt animalibus in corpora sibi iuncta non sunt
ex solis spiritualibus que in anima sunt ymmo cooperantur operaciones spiri-
tuum quos multi medios et subtiles operacione opinantur inter ani-
mas esse et corpora earum et cooperacionibus earum et mediacionibus in-
diget anima ut operentur in corporibus suis sive motum sive a-
liam operacionem suam et adhuc ut propria corpora in aliis materiis
hic est modus secundarum et spiritualium operacionum que sunt iunctis
corporibus videlicet ut ipse sabe primum operentur in semetipsum opera-
ciones necessarias spirituales et post illas deinde in corpora sibi iuncta opera-
ciones corporales et post illas iterum alias corpora aliena. Et sic
cedit iste ordo operacionum per ingressum ut ita loquamur per
elongacionem a spirituali subtilitate atque nobilitate. Manifestum
autem est per se quod iste modus operacionum non potest esse in celestibus
quoniam pharum / non patent impressionem nisi corporales dispositiones ig-
nobiles et ita nec scientie nec artes neque phisice neque virtutes
neque mores. Quod si quis dixerit quod virtutes ille nobiliores sunt
longe quam anime nostre et influentie sublimiores ut patet enim cor-
porum longe nobiliorum. Et propter hoc non utuntur corporibus suis ad
operandum in alia nisi corporales operaciones tamen sicut anima solis
non utitur corpore solis nisi ad agendum in corpora videlicet ad illu-
minandum calefaciendum et cetera. Respondeo virtutibus autem suis no-
bilibus atque sublimibus influit operaciones suas atque spiritua-
les sed ex hijs convenienter ut non influat nisi quales vel quarum similes
sunt et adhuc modum necesse est se habere in aliis quoque / vel easdem
dispositiones operabuntur propter in ipsis inferioribus suis quoniam incertis
est vel immutabuntur. Virtutes autem / iuxta diversitatem operacionum
quas operantur in istis inferioribus sunt in ascendente in medio
celi et inequalitate domorum quas ipsi distinguunt sibi in quo-
libet angulorum aliorumque locorum quam in celo assignant eandem
operabuntur vel simili immutabilitate subiecti erunt quali et hanc
Amplius una est figura celi totius et in uno clima-
te et in una hora eadem domorum angulorum aliorum quas ipsi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_339/0168
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG